AN. XXIIV
FASC. 1

COMMENTÁRIUS NUBECULÁTUS LATÍNE SCRIPTUS

ELi

# IÚVENIS

© Olycom



Leptis Magna

www.elimagazines.com

Investigátio

Clari... et liberáles

Iúvenes et clari

Michelle Wie

# Iúppiter

AN. XXIIV • FASC. 1 • mensis Septembris / Octobris 2005 • Imprimé à Taxe Réduite

# Bellus prínceps




Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare
© DARGAUD

# Tom Welling

info@elimagazines.com



Salvéte omnes! Gaius vocor et "Iúvenem" vobis propóno. Per totum annum una multum delectábimur! In hoc primo fascículo sunt multae res iucúndae, textus et ludi.

Laetámini!

Hic iúvenis actor est óptimus. Eius verum nomen est Thomas J. Welling; natus est Neoeboráci* die 26 m. Aprílis a. 1977. Fortuíto factus est actor. Quidam eum in via aspéxit et ei munus indutóris* propósuit. Cinematéum ei plúrimum placébat, ítaque voluit fortúnam temptáre. Et res succéssit! Imprímis parvas partes egit, postea óptime succéssit in pellícula *Smalville*. In qua est Clark Kent, iúvenis sédecim annórum qui supranaturálem potestátem habet.



**In lycéo, Tom pedifóllium exércuit. Fuit portae custos in manípulo Varsety High School. Verum an falsum?**

☐ Verum
☐ Falsum

*Solútio est página 15.*

## Lude nobíscum



**Solve crucivérbium páginae 14, mitte hoc ad sedem nostram interretiálem et índica tuum nomen, praenómen, scholam, natiónem. Quinque victóres elegémus, qui magníficum donum accípient.**

**info@elimagazines.com**

## Summárium


**4** A praetérito ad hodiérnum diem **Európam viis Románis lustráre**

**5** Família Clacson **Subscríbe petitióni**

**6** Investigátio **Clari... et liberáles**

**8** Macrocóllum **Leptis Magna**

**10** Iúvenes et clari **Michelle Wie**

**11** Probátio **Esne generósus?**

**12** Hodie nobíscum garrit... **Iúppiter**

**14** **Quo ludo ludémus?**

**16** Imágines et verba **Vectúra**


**Libéllus Európae commúnis: A2-B1**

Grammática

**In hoc fascículo discis:**



- **tempus perféctum**
- **formas imperatívas**
- **números**
- **de generositáte loqui**

## Glossárium

**Neoeborácum:** urbs caput Foederatárum Civitátum Américae.
**indútor:** is qui vestiménta nuper creáta in exhibitiónibus gerit et osténdit.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Európam viis Románis lustráre



**Novum est hoc propósitum Europáeum: "Viae Románae in orbe Mediterráneo". Sic per Európam viis Románis ambuláre póssumus.**



Antíquis tempóribus, plúrimae erant viae in regiónibus Mediterráneis. Hodie natiónes, quae sunt Francogállia, Hispánia, Itália, Graecia, Portugállia, Tunésia et Algéria, statuérunt has vias magnificáre*. Hoc propósitum est tripertítum*: volunt enim vias Románas inveníre, eas peregrinatóribus indicáre et eas ita muníre, ut itínera fieri possint.



De hac re útiles nuntii inveniúntur in hac sede interretiáli: **www.viaeromanae.org**

**Quae est antiquíssima via Romána?**

- via Appia
- via Flamínia
- via Cassia

*Solútio est página 15.*

**Glossárium**

**magnificáre:** celebráre
**tripertítus:** qui tres partes habet

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Subscrībe petitióni

Família Clacson




Léxicon Imagínibus Áuctum

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Clari... et liberáles

**Actóres, músici, athlétae, negotiatóres totíus orbis terrárum volunt alios iuváre. Qui sunt? Quid agunt? Videámus.**




www.burmacampaign.org.uk

© Olycom

de generositáte loqui, tempus perféctum

## Angelina Jolie

Haec claríssima actrix est sodális* consociatiónis *Inhuman Traffic,* quae hóminum mercatúram impúgnat. Ab anno 2001 Angelina etiam est pacis orátrix pro Alto Commissariátu Organizatiónis Natiónum Unitárum, qui cónfugas* curat. In amplius quíndecim civitátibus cónfugas visitávit et convéntus de hoc thémate participávit.

## Bono et alii cantóres

Bono, Sheryl Crow, Dennis Hopper et multi alii cantóres susténtant *Burma Campaign UK,* quae organizátio certat ut pax et libértas in Birmánia restituátur. Tyránnis enim in hac regióne saevit*. Anno 2002, grex U2 cantilénam *Walk On* dicávit illi Aung San Suu Kyi, quae praemium Nobeliánum pro pace anno 1991 meruit. Ea infelíciter praemium accípere non potuit, cum esset in cárcere.




## Glossárium

**cónfuga:** is qui extra patriam refúgium quaerit.
**largus:** liberális, generósus.
**liber Superlativórum:** liber in quo enumerántur res extraordináriae.
**nosocomíum:** valetudinárium.
**saevíre:** damna fácere.
**sodális:** is qui áliquod collégium partícipat.




## Ecce nonnúlla consília, quibus útilis esse potes:

- adi áliquam benéficam consociatiónem in tua regióne;
- in schola cóllige pecúniam pro áliquo ópere caritátis;
- conde cum amícis tuis áliquam consociatiónem, qua senes iuves, qua animália tueáris, qua natúram prótegas...
- domi, auxílium fer eis qui te egent.




### Ricky Martin

Ille est clarus cantor. Etiam est orátor organizatiónis Unicef et praeses consociatiónis *Ricky Martin Foundation,* quae puerórum mercatúram impúgnat. Propósito suo *People for Children,* Ricky auxílium tulit pópulis Asiae, qui ingéntem fluctum "tsunami" vocátum passi sunt. Ricky in Thailándia fuit et pueros in scholis et nosocomíis* iuvit.

### Bill Gates

Cónditor societátis Microsoft unus est e divitíssimis totíus orbis homínibus. Eius fundátio est largíssima* et 23 miliárda dollariórum iam dedit paupéribus regiónibus. Ea de causa Bill Gates citátus est in libro Superlativórum*.

**Sting, George Clooney, Richard Gere, Sean Penn, George Weah, multi alii se céteris dedunt.**

Et tu? Adiuvásne céteros? Quo modo?

..........................................

## Ludámus!

## Qui sunt? Quid agunt?




**Consócia nómina cum recta definitióne.**

**a.** Haec est organizátio Natiónum Unitárum quae óperam dat ad pacem in mundo servándam. Eius sedes est Neoeborác.

**b.** Hoc est aerárium Natiónum Unitárum pueritiae dicátum; iuvat enim pueros cuiuscúmque gentis, colóris aut religiónis.

**c.** Hic est Altus Commissariátus Natiónum Unitárum pro cónfugis, qui cónfugas ubíque iuvat.

**d.** Haec est Natiónum Unitárum organizátio pro alimónio et agricultúra, quae famem in mundo curat.

**e.** Haec est Natiónum Unitárum organizátio pro educatióne, sciéntia, ánimi cultúra et communicatióne. Inter alia institutiónem curat in regiónibus Tertii Mundi.

1 ☐ UNICEF   2 ☐ ONU   3 ☐ UNHCR   4 ☐ UNESCO   5 ☐ FAO

*Solútio est página 15.*

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



# Leptis Magna

Leptis Magna pro sua pulchritúdine opulentiáque dicebátur “Áltera Roma”, “Roma Africána”. Phoeníces empórium ibi séptimo sáeculo a.Chr.n. condidérunt. Hic portus inter Alexandríam et Cartháginem erat únicus magnus portus. Urbs pulchérrima facta est benefício imperatóris Septímii Sevéri, qui templa et fora curávit aedificánda. Séptimo demum sáeculo ab Arábibus deléta est.



© Olycom

# Útere códice secréto

Anno 363 Leptis Magna passa est...

A = 🌀
E = ●
M = ★
O = ☼
R = ✿
T = ☽
U = ♥

☽ ● ✿ ✿ 🌀 ●
_ _ _ _ _ _

★ ☼ ☽ ♥ ★
_ _ _ _ _

*Solútio est página 15.*

# Michelle Wie



**Haec est magna campionissa pilamállei. Eius nomen est Michaéla Wie. Solum sedecim annos est nata. Consuetúdinem cum ea iungámus.**

## Quae est?

Michaéla nata est Honolúli in ínsulis Havaiánis, die 11 mensis Octóbris a. 1989. Pilamálleum lúdere incépit* cum esset quattuor annos nata. Decem annos nata, participávit campionátum USGA (*United States Golf Association,* i.e. pilamállei consociátio Foederatárum Civitátum Américae). Úndecim annos nata, complúra praemia reportávit. Michaéla cottídie exercétur: inter septimánam quatérnas horas, sub finem septimánae septénas horas.
Michaéla est magnae statúrae: 1,75 metrum alta. Hac de causa pilam valet ultra 275 metra primo ictu míttere. Quanta vis! Eius pater, qui se ipsum vocáre solet B.J., est eius *caddie,* ut aiunt, i.e. vir qui eius saccum et malleos* portat.

## Eius idólum*

Michaéla voluit pilamálleum lúdere, quia claríssimum lusórem Tiger Woods máxime admirátur. Eius photographémata Michaélae cubículum ornant. Michaéla universitátem Stanfordiánam aliquándo frequentáre cupit, ut ille fecit.

**Ludámus!**
**Verum an falsum?**

1 Pondus pilae pilamállei est círciter* 30 grámmata. V F

2 Lusóres suae pilae dant nomen, númerum et colórem. V F

3 Lusóri licet pilam inter cursum mutáre. V F

### Glossárium

**círciter:** plus minúsve.
**idólum:** persóna, quam máxime admirátur.
**incípere:** inítium fácere.
**malleus:** báculum, quo pila iácitur.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare númeri, tempus perféctum.

Solútio est página 15.

# Esne generósus?

**Quómodo agis cum céteris? Esne generósus, curásne alios, an es magis solitárius? Hoc hac probatióne ínveni!**

**1. Áliquid in sorte*, quam amícus tibi dedit, accepísti. Quid agis?**

a) praemium dívidis cum amíco tuo.
b) áliquod donum amíco tuo das.
c) nihil ei dicis.

**2. In televisióne est emíssio de labóre benévolo. Tu:**

a) atténte auscúltas, quia hoc tua multum ínterest.
b) solum primam partem spectas.
c) ad aliam emissiónem statim transis.

**3. Amícus quidam te ex improvíso* vocat, auxílium petens. Sed aliam rem eras factúrus et...**

a) ... rem tuam depónis*: amícum iuvas.
b) ... amícum iuvas: rem tuam cras facies.
c) ... ei dicis te non esse líberum.

**4. Si de quodam amíco cógitas, quid tibi imprímis venit in mentem?**

a) secréta narráta.
b) iucúnda témporis moménta, quae una egístis.
c) eius vitia, quae te énecant*.

**5. Amícus ad constitútum* non venit. Quid cógitas?**

a) "Accidítne ei áliquid mali?"
b) "Hoc accídere potest!"
c) "Iste poenas dabit!"

**6. Quid cum amíco invenire cupis?**

a) fórmulam mágicam, qua pax in mundo servétur.
b) remédium contra SIDAm*.
c) modum, quo dives fias.

## Glossárium

**constitútum:** locus et tempus, quo duo hómines convenire constítuunt.
**depónere:** relínquere
**enecáre:** occídere, exanimáre.
**ex improvíso:** modo inexspectáto.
**SIDA:** syndroma immunitátis deféctus acquisíti.
**sors:** téssera sortitióni destináta, qua pecúniam fortásse accípies.

**Respondísti plerúmque A:**

Tibi amicítia et generósitas est éadem res. Si céteri sunt míseri, tu etiam miser es, et áliquid fácere vis. Semper parátus es céteros iuváre, atque ínvicem nihil petis.

**Respondísti plerúmque B:**

Tu est amícus fidus et generósus. Si quis te eget, ades. Céteros etiam auscultáre scis. Es autem índole sincéra et amícis fidus es... dum tibi etiam sint fidi!

**Respondísti plerúmque C:**

Putas te esse magnam persónam et céteros páululum contémnis. Imprímis de te cógitas, de réliquo mundo postea. Fácile irásceris, veniam non fácile das. Age, conáre céteros melius intellégere!

de generositáte loqui.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

## Hodie nobíscum garrit...

# Iúppiter

Ecce primum e sex collóquiis iocósis necnon... páululum delíris cum sex persónis antíquae Romae. Modus iucúndus, quo eos melius noscámus. Hoc mense nobíscum collóquitur Iúppiter ipsíssimus.
Quanta ánimi commótio!



**Diurnárius:** Salve... licétne intráre?
**Iúppiter:** Siste, aut te fúlmine percútio!

**Diurnárius:** Noli, noli, precor!
**Iúppiter:** Cur templum meum intras? Esne dux victor? Visne triúmphum ágere? Revénias Iovis die! Hodie clausum est!

**Diurnárius:** Diurnárius sum... Cupiébam...
**Iúppiter:** Quid petis? Ius? An páululum pluviae?

**Diurnárius:** Nullo modo! Solum nonnúllas quaestiónes pónere volébam! Sed, quaeso, cur talem vestem induísti?
**Iúppiter:** Mihi... mihi est constitútum amatórium.

**Diurnárius:** Quid tum?
**Iúppiter:** Tum... personátus ágere soleo. Sic Iuno uxor mea me non agnóscit. Scisne: est valde zelótypa...

**Diurnárius:** Ah... Timésne uxórem?
**Iúppiter:** Mene? Iocáris!!! Me, elementórum dóminum! Me, victóriae cladísve auctórem! Me, deum lucis, me, rerum hominúmque dóminum, me...

**Diurnárius:** Veniam peto: nonne ibi est uxor tua, quae ádvenit?
**Iúppiter:** Di boni! Me non vidísti, nonne? Tibi confído!

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



# Qualis est tempéstas?

Nunc Iovem nóvimus, deum pluviae et fúlminis. Quid autem de Románis? Studebántne meteorológiae? Certe. Exémpla inveniúntur in Plinii Maióris famóso ópere cui títulus est *Naturális história*. Loquámur páululum de hoc scriptóre.

Verónae natus anno 23 aut 24 p.Chr.n., Plinius simul fuit vir strenuus et vir studiósus. Postquam in Germánia militávit, se studiis totum dedit. Plinius multum fidébat sciéntiae, natúrae minus. Putábat enim natúram homínibus nihil afférre nisi lácrimas. Caríssimum eius opus est *Naturális história*. Qua encyclopáedia collígitur tota antíqua sciéntia. Auctor ipse dicit se duo milia librórum evolvísse, ut hanc sciéntiae summam conscríberet. Quamquam satis imperspícuum, hoc opus nobis est perútile. Est enim verus thesáurus: qua est curiositáte, Plinius res innúmeras recénset et ita descríbit, ut vocabulórum etiam sit inaudíta copia.





## Verum an falsum?

| | Verum | Falsum |
|---|---|---|
| **1.** Cétera Plinii ópera sunt pérdita. | ☐ | ☐ |
| **2.** Tácitus fuit Plinio multo clarior. | ☐ | ☐ |
| **3.** Plinius sua ópera volébat statim publicáre. | ☐ | ☐ |
| **4.** Plinius obiit in maris procélla. | ☐ | ☐ |
| **5.** Multi dicunt eum esse péssimum omnium scriptórum Latinórum. | ☐ | ☐ |
| **6.** Medio Aevo Plinius multum legebátur. | ☐ | ☐ |

*Solutiónes sunt página 15.*

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare





# Magnus ludus

**In crucivérbio ínveni undevigínti vocábula, quae sunt páginis 6 et 7. Céteris lítteris habébis nomen cuiúsdam claríssimi lusóris pedifóllii, qui Follem Aureum anno 1995 meruit et manípulum Liberia exércuit. Idem associatiónem Unicef susténtat.**

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N | O | S | O | C | O | M | I | U | M | I | L | L |
| E | C | O | N | S | O | C | I | A | T | I | O | E |
| A | U | X | I | L | I | U | M | T | U | E | R | I |
| C | O | N | F | U | G | A | S | T | P | U | E | R |
| A | C | T | O | R | G | A | T | H | L | E | T | A |
| E | O | R | E | G | I | O | O | R | A | T | O | R |
| B | E | N | E | F | I | C | U | S | P | A | X | R |
| N | E | G | O | T | I | A | T | O | R | G | E | W |
| I | U | V | A | R | E | M | U | S | I | C | U | S |
| C | L | A | R | U | S | E | O | R | B | I | S | A |
| H | S | C | H | O | L | A | C | A | R | C | E | R |

_ _ _ _   _ _ _   _ _ _ _ _ _   _ _ _ _



## Consócia

**Consócia vocábula cum rectis significatiónibus.**

1 ◯ Labor benévolus
2 ◯ Organizátio a regímine non pendens
3 ◯ Tyránnis
4 ◯ Cónfuga
5 ◯ Fundátio

a Homo qui patriam suam relínquit et se ad aliam regiónem cónfugit.
b Labor, quem sine lucro pro céteris fácimus.
c Modus gubernándi, quo unus tantum ímperat.
d Institútum iurídice cónditum in finem sive benéficum sive culturálem.
e Organizátio a regímine líbera, quae aere priváto álitur.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

*Solutiónes sunt página 15.*

ELI




# I DISTRIBUTORI ELI


**AUSTRALIA & NEW ZEALAND** - HEINEMANN EDUCATION
20 Thackary Road, Port Melbourne, Victoria 3207
Toll-free phone: 1-800-810-372
Tel. (03) 9245 7188, Fax (03) 9245 7265
E-mail: customerservice@harcourteducation.com.au
**BELGIË** - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA
Postbus 860, 3800 AW Amersfoort, Nederland
Tel. (033) 463 72 61, Fax (033) 463 75 87
E-mail: mic@euronet.nl
**BULGARIA** - OKSINIA EDUCATIONAL CENTRE
jk. Dianabad, bl. 37, Sofia
Tel/Fax 00359 (0)2 9622316
E-mail: oksinia@abv.bg
Website: www.oksinia-bg.com
**CANADA** - THE RESOURCE CENTRE
P.O.Box 190, Waterloo, Ontario N2J 3Z9,
Toll-free phone: 1-800-923-0330
Tel. (519) 885 0826, Fax (519) 747 5629
E-mail: resourcecentre@sympatico.ca
**CESKÁ REPUBLIKA** - DIDAKTIS spol. s.r.o.
Kastanova 141 b, 617 00 Brno,
Tel. +042 543250078 - 543250076, Fax +420 543250732
E-mail: didaktis@didaktis.cz - Website: www.didaktis.cz
**DANMARK and FAER ØER** - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8740 Brædstrup
Tel. (75) 671 119, Fax (75) 671 074
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk
**DEUTSCHLAND** - ZAMBON VERLAG und VERTRIEB
Leipziger Strasse 24, 60487 Frankfurt/Main
Tel. (069) 779223, Fax (069) 773 054
E-mail: zambon@online.de
**EIRE** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings,
Cheltenham GL51 9PQ, UK,
Tel. +44 (01242) 245 252, Fax +44 (01242) 224 137
E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk
**ELLÁS & CYPRUS** - GM PUBLICATIONS
Kleomidous 2, 10443 Athens, Tel. (0210) 5150201,
Fax (0210) 5143383,E-mail: gmflbook@otenet.gr
**ESPAÑA** - EDITORIAL STANLEY, Calle Mendelu, 15
20280 Hondarribia, Tel.(943) 640 412 - 641 053
Fax (943) 643 863 - E-mail: editorial@stanleyformacion.com
Website: www.stanleyformacion.com
**FINLAND** - SUOMALAINEN KIRJAKAUPPA OY
P.O. Box 2, 01641 Vantaa, Tel. (9) 852 7880, Fax (9) 852 7990,
E-mail: lehdet@suomalainenkk.fi - Website: www.suomalainen.com
**FRANCE** - PIERRE BORDAS ET FILS
Diffusion: EDITIONS DU COLLEGE, 26110 Vinsobres
Tel./Fax (04) 75 27 01 11 E-mail: contact@editions-du-college.fr
**F.Y.R.O.M.** - T.P. ALBATROS
Bul. III Makedonska Brigada 23/11,
1000 Skopje, Tel./Fax (022) 463 849 / 469 781
E-mail: kasovskib@yahoo.com
**HONG KONG** - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE Ltd.
27E Shield Industrial Centre, 84-92 Chai Wan Kok St.,
Tsuen Wan N.T., Hong Kong, Tel. (02) 413 5322,
Fax (02) 413 7049, E-mail: info@transglobalpsl.com
**ÍSLAND and GRØNLAND** - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8700 Horsen, Danmark,
Tel. + 45 (75) 671 119, Fax + 45 (75) 671 074,
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk
**ITALIA** - ELI srl, C.P. 6, 62019 Recanati, Tel. (071) 750701,
Fax (071) 977851,E-mail: info@elionline.com - Website: www.elionline.com
*Direttore responsabile: Lamberto Pigini. Realizzazione testi: Licoppe - Deraedt. Autorizzazione Trib. di Macerata N. 233 del 04 luglio 1984. Realizzazione: Tecnostampa, Loreto. Abbonamento annuo (6 numeri da ottobre a maggio) e 16,90 (singolo) e 12,90 (da 2 abbonamenti in poi) da versare sul c/c n. 11023629 intestato a: European Language Institute, 62019 Recanati. © ELI Italy 2005*
**MAGYAR KÖZTÁRSASÁG** - LIBROTRADE KFT.,
Pf 126 H-1656 Budapest, Tel. (01) 254-0-254, Fax (01) 256-8-727,
E-mail: periodicals@librotrade.hu - Website: www.librotrade.hu
**MALTA** - SIERRA BOOK DISTRIBUTORS
Brianza, Mediterranean Street, The Village,
St. Julian SGN 07, Tel. (021) 378576, Fax (021) 374822
E-mail: sierrabooks@onvol.net
**NEDERLAND** - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA,
Postbus 860, 3800 AW Amersfoort,
Tel. (033) 463 7261, Fax (033) 463 7587, E-mail: mic@euronet.nl
**NORGE** - KORINOR Skoleavdelingen, Caspar Storms v 12 - Bygg A
Postboks 13 Oppsal, 0619 Oslo, Tel. (022) 657 124, Fax (022) 657 825
E-mail: skoleavdelingen@korinor.no - Website: www.korinor.no
**ÖSTERREICH** - ÖBV-KLETT-COTTA Verlags GmbH,
Hohenstaufengasse 5, 1010 Wien, Tel. (01) 533 8366, Fax (01) 535 9843
E-mail: eli@klett.at - Website: www.klett.at
**POLSKA** - Agencja Subskrypcyjna GEA, Plac Orlat Lwowskich 5,
Skr poczt 1238, 50-986 Wroclaw 44, Tel./Fax: (071) 359 3772
E-mail: gea@gea.pl - Website: www.gea.pl
**PORTUGAL** - EDITORA REPLICAÇAO Lda, Rua Pedro de Sintra, 26-A,
1400-277 LISBOA, Tel. 0213 021 583 - Fax: 0213 021 584
E-mail: replic@mail.telepac.pt
**ROMANIA** - PRIOR BOOKS DISTRIBUTORS SRL
Str. Raspantiilor 32, ap 2 - sector 2 - 020548 Bucuresti
Tel. (021) 210.89.08 - (021) 210.89.28, Fax (021) 212.35.61
E-mail: office@prior.ro - Website: www.prior.ro
**REPUBLIKA HRVATSKA** - V.B.Z.d.o.o., Goranska 12,
10010 Zagreb, Tel. (01) 6235 626, Fax (01) 6235 418
E-mail: andreja.crnicki@vbz.hr - Website: www.vbz.hr
**SCHWEIZ/SUISSE** - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG
Hintergasse 16, Postfach, 3360 Herzogenbuchsee,
Tel. 062.956.44.44, Fax 062.956.44.54,
E-mail: info@ingoldag.ch - Website: www.ingoldag.ch



**SUBNOTATIÓNES ET QUAMVIS REM POSTULÁRE PÓTERIS A DOMO EDITÓRIA QUAE IN NATIÓNE TUA MÉNSTRUOS LINGUÁRUM COMMENTARÍOLOS DISPÉRTIT. INSCRIPTIÓNEM AUTEM CURSUÁLEM IUXTA INVÉNIES.**

HAUD PERMÍSSA OMNÍNO HUIUS LIBÉLLI VETÁTUR CONDUPLICÁTIO QUÓLIBET INSTRUMÉNTO FACTA, ÉTIAM PHOTOTRANSCRIPTÍCIA RATIÓNE, QUAMVIS AD USUM SCHOLÁSTICUM PRIVATÚMVE PERTÍNEAT.

PHOTOGRAPHÉMATA: QUOD AD DUPLICATIÓNIS IURA PÉRTINET ÉDITOR PROFITÉTUR SE ESSE PROMPTUM ILLÁRUM IMÁGINUM, QUARUM FONTES REPERÍRE NON LÍCUIT, IURA REPÉNDERE.



**SERBIA & MONTENEGRO** - PLANETA A.S.
Resavska 30 B, 11 000 Beograd, SCG,
Tel./Fax +381 11 3243 984,
381 11 3238 392, 381 64 1752 318,
E-mail: planeta@eunet.yu
**SLOVAKIA** - DIDAKTIS Ltd.
Hyrosova 4, 811 04 Bratislava
Tel. (02) 5465 2531, Fax (02) 5465 3181
E-mail: didaktis@didaktis.sk - Website: www.didaktis.sk
**SLOVENIJA** - SAMO.UK d.o.o.
Metelkov dvor 6, 1290 Grosuplje,
Tel. (01) 542 1124 Fax (01) 542 1125
E-mail: samouk@siol.com - Website: www.samouk.si
**SOUTH AFRICA** - INTERNATIONAL JOURNALS CC,
P.O. Box 46171, Orange Grove 2119 Johannesburg,
Tel. (011) 485 5650, Fax (011) 485 4765,
E-mail: ijournals@netactive.co.za
**SVERIGE** - BETA PEDAGOG AB,
Box 58, 430 17 Skällinge,
Tel. (0340) 35505, Fax (0340) 35481
E-mail: beta-pedagog@beta-pedagog.se
Website: www.beta-pedagog.com
**TAIWAN** - CENTRAL BOOK PUBLISHING CO.
2nd Fl., No. 141, Section 1, Chung-King South Road, Taipei
Tel. (02) 2331 5726, (02) 2371 9893, Fax (02) 2331 1316
E-mail: central2@ms24.hinet.net
**TÜRKIYE** - IBER DIS TICARET LTD STI
Bagdat Cad. No. 193/8, Ari Apt. Kat: 2, Kadiköy, Istanbul,
Tel. (0216) 368 4250, Fax (0216) 368 5568,
E-mail: iber@eli-iber.com - Website: www.eli-iber.com
**UK** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ,
Tel. (01242) 245 252, Fax (01242) 224 137
E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk
**UKRAINE** - U.C.I.E. - 16, Lipska St. - Kiev 01021
Tel./Fax: (044) 2534144 - 2538073,
E-mail: ucie_education@hotmail.com
**URUGUAY** - EQ OPCIONES EN EDUCACION
Soriano 1162, 11100 Montevideo, Tel. (02) 900 9934,
Fax (02) 487 3965, E-mail: opciones@adinet.com.uy
**USA** - (known office of publication)
MIDWEST EUROPEAN PUBLICATIONS INC.
8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076,
Tel. (847)676 1596 X 109, Fax (847) 676 1195,
E-mail: e.mitas@distribooks.com - Website: www.mep-eli.com
*TOT (Latin edition IÚVENIS, USPS 004169, Year 2005/2006, Issue 1) is published 6 x a year (October, November, December, February, March, May)*
for a subscription price of $ 22,50 per year by ELI, 62019 Recanati, Italy.
Periodicals postage paid at Evanston, IL. Postmaster: send address changes to: IÚVENIS, MEP, 8124, Ridgeway, Skokie IL 6020076



**© ELI Italy 2005**


**SOLUTIÓNES**

**P. 3:** verum. **P. 4:** via Appia. **P. 6-7:** 1.b, 2.a, 3.c, 4.e, 5.d. **P. 8-9:** terrae motum. **P. 10:** 1. verum, 2. verum, 3. falsum.
**P. 13:** 1. verum, 2. verum, 3. falsum (ea publicáre nolébat, quia nolébat habéri pro Vespasiáni assentatóre), 4. falsum (mortuus est in Eruptióne Vesúvii), 5. verum, 6. verum. **P. 14:** Consócia: 1.b, 2.e, 3.c, 4.a, 5.d.

Imágines et verba

# Vectúra


autoráeda pública


autoráeda


taxiráeda


tramen


autoráeda longa


bírota


motobírota


autocárrum


autocárrulum


scapha


navis


aeróplanum


helicópterum


canthus pneumáticus


rota moderátrix


vitritérstrum


manúbrium


frenum


semáphorum


palus lanternárius


purgamentórum cistélla


céllula telephónica


anábathrum


aqua sáliens

Tassa Riscossa/Taxe Perçue

Iúvenis n. 7 - 2005 - Poste Italiane S.P.A. - Sped. in abb. post. - D.L. 353/2003 (Conv. in L. 27/02/2004 n. 46) Art. 1, comma 1, DCB - Ancona